Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

5 Vapor virtutis Dei, & emanatio claritatis Omnipotentis, Candor lucis æternæ, speculum Dei Majestatis. Sap. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Visual Library

REGULA QUINTA.

Vapor virtutis Dei, & emanatio cla-
ritatis Omnipotentis; Candor lu-
cis æternæ, ſpeculum Dei Maje-
tis. Sap. 7.

PARAPHRASIS.

Inter Perfectiones divinas, & quæ ipſ... reddit æternaliter in ſe ipſo quietu... eſt ipſa prudentia: & ex eo dedu... tertium remedium, quod nobis præ... ſentat contra turbationes, & irregu... ritates, quas nobiſcum circumferimu... & quæ naſcuntur ex noſtra infirm... tate.

Hæc prudentia ſupernaturalis eſt vap... ſuæ virtutis communicata human... paſſionibus, & diffuſa uſque in mediu... earum corruptionum & tumultuum, ut faciat ingredi pacem & ſanctitate...

Pax Sanctorum ingreditur in nos cu... ipſa prudentia, & intentio Dei eſt, ut non remanendo in noſtra anima ullâ agitatione aut maculâ, ipſa de... nique fiat ſpeculum, in quo ille poſſ... videre extrinſecus ſuam divinam pu... chritu...

chritudinem, & ſe ipſum cognoſcere, ſicut ſe ipſum in ſuo Verbo æternaliter cognoſcit: Speculum Majeſtatis Dei.

REFLEXIO.

PUlchrum naturale debilitat paſſiones; Animus eas vincit; Prudentia ipſas elevat, & per transformationem miraculoſam illas permutat in virtutes, & ſanctificat id, quod in ipſis criminale reperitur, magiſque contrarium gratiæ, ut eas ſuaviter obedientiæ ſubmittat.

Volo dicere, quod dum lex tibi declarat voluntates Creatoris, & nos cogit iiſdem obedire, prudentia huic obligationi addit inclinationem, & producit in noſtro animo certos motus delicioſos, qui nos agitant, & qui faciunt reſilire noſtras paſſiones, ut nobiſcum adſpirent ad felicitatem id faciendi, quod Deus vult, & eas ad ſervitium & honorem Dei impendendi.

Uno verbo lex nos obligat, gratia nos juvat, & prudentia nos eò deducit ad obſervandum divina mandata.

Ex eo quod homo illuminatur per radios

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

radios hujus auroræ, invenit ſuam q[illegible] tem & gaudium in exercitiis juſtitiæ.

Quidcunque ipſi proponitur, q[illegible] facere juſtum videtur; ſtatim etiam [illegible] clinationem habet id faciendi, quan[illegible] ratio mandat, obedit ex amore: ob[illegible] gationem habet pro complacentia, o[illegible] dientiam pro libertate, & fidelitatem [illegible] ſua inclinatione.

Anima ſua bonum ſine hæſitatio[illegible] appetit, & illud perficere in ſe ſumit, [illegible] ne bello interno, & aliqua differen[illegible] aut negotio cum ſuis paſſionibus: [illegible] domeſtici inimici non ſunt amplius [illegible] qui fuerant, ipſa prudentia transfor[illegible] totum hominem.

Hæc anima ſapiens format mag[illegible] intentiones, & eas ad finem deduc[illegible] adſpirat ad honorem immortalem, & [illegible] currit, ſed ſine commotione, non [illegible] ſed portatur; ipſique ardores ſanguin[illegible] & flammæ ambitioſorum deſideriorum antea tam turbulentæ & rebelles ſunt [illegible] læ, quæ ipſi inſerviunt loco ſclavorum & quæ illas portant in hoc triumpho.

In quo apparet id, quod magis di[illegible]

nu[illegible]

num eſt inter opera potentiæ Dei, eo die quo creavit orbem, nempè homo, in quo totus homo conſpirat ad amandum ſuam obligationem & virtutem.

Deus aliquibus gratis largitur ſuam prudentiam, ab aliis autem vult, ut eam mereantur. Major pars illam per orationem obtinuit; & medium ſecuriſſimum illam obtinendi eſt audire conſilia ejuſdem Sapientiæ. Eſtque ex eo jam quiſque ſufficienter prudens, dum incipit illorum inſtructiones & regulas ſequi.

REGULA SEXTA.

Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus ſenectam adducet cogitatus. Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Si vis dignè ſervire Deo, & uſque ad mortem conſervare devotionem & innocentiam, fac id quod ſapientes faciunt, pro conſervanda ſanitate: poſſide pacem internam, & ne perturberis ullo negotio aut paſſione; zelotypia, cholera, invidia nil aliud in homine efficiunt,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN